

Feria VI. infra Dominic. I. Quadrag. 171

III. Vitæ presentis breuitatem commemorat; & ad æternam inquirendam prouocat. *Tom. 10. serm. 42. de verbis Domini, fol. 35. col. 3. 4.*

* S. BERNARDINI SENENSIS sermo. in Euang. de verâ confessione, de cuius agit I. Preparatione, quæ debet fieri. 1. per diligentem recordationem omnium omnistorum, & commissorum; 2. per discussionem & considerationem diuersarum ætatum, variorum statuum, fortunarum, officiorum, societatum, locorum, culparum; 3. per amaritudinem contriti cordis. II. Discretionem, quæ triplex est. 1. debet eligi confessor bonus, qui scientiâ, voluntate, & auctoritate sit ornatus; 2. peccator ad confitendum conueniens tempus captare debet; 3. discretum habeat modum penitens in dicendo peccata. III. Integritate, confessio diminuta redditur, quando 1. aliquod mortale peccatum scienter cælat homo, malitiâ, vel verecundiâ; 2. aliqua circumstantia grauis culpæ non dicitur; 3. ignorantia vel negligentia est affectata & crassa propter quam non dicitur peccatum. *Ex quadragel. de Christiana religione, tom. 1. a pag. 76. col. 2. ad pag. 82. col. 2.*

Eiusdem sermo 2. in octo articulos distinctus; meditatur satisfactionis in Primò. Definitionem, ex Ansel. in lib. cur Deus homo, satisfacere, est honorem Deo debitum reddere: ex Aug. satisfactio est, causas peccatorum excidere, & earum suggestionibus aditum amplius non indulgere. in Secundò. Opera, quæ debent esse pœnalia; quia per ea fit solutio emendæ debite pro offensâ præteritâ, & præseruatio de futurâ, in Tertio. Inualiditatem, quæ duas habet partes 1. de vno, Deo satisfacere non possumus sine alio; 2. homo abstinens à peccatis, satisfacere non potest extra charitatem. in Quarto. Reiterationem, reiteranda penitentia expleta in peccato mortali. in Quinto. Viuificationem, opera viuâ facta in charitate, mortificantur per peccatum; reuiuiscunt per veram penitentiam. in Sexto. Valorem, etsi satisfactio facta in mortali nihil valeat ad salutem, valet tamen 1. ad

A pœnam æternam tolerabilius subeundam; 2. ad remissionem pœnæ vermisi; 3. ad gratiam impetrandam. in Septimo. Cessationem; elemosinâ, ad quas quis aliâs non tenetur, possunt esse satisfactoriæ, cum sint opera bona pœnalia. in Octauo. Commutationem, commutare potest sacerdos penitentiam quâ iniunxit, &c. *Ex quadragel. de Christiana religione, tom. 1. a pag. 82. col. 2. ad pag. 88. col. 2.*

Eiusdem, in Euangel. de peccato contra naturam, sermo, per quem Sodomix derelatur I. Corruptelam, 1. enim propter cecitatem mentis Gomorrhæani in scelere suo insanire coguntur; 2. homines in hoc peccato corrumuntur, vel quia de eo non fuerunt correpti & correcti, malum exemplum de eo habuerunt, ad illud sunt inducti, vel quia patria hoc veneno est infecta; vel quia à propriâ malitiâ ortum habuit; 3. multiplicitate verborum Gomorrhæi seducunt fragilem iuuentutem. II. Abominationem, laborantes enim hoc vitio 1. homicidæ sunt ex Aug. si non gladio, tamen facto; 2. ex malitiâ serpentinâ odiunt mulieres, 3. ad tantam duritiem veniunt, vt neque exhortationes promissionum, neque comminationes punishmentum eadiant. III. Reprobationem, cuius in euang. tria signa 1. est pertinacia & obstinatio; 2. impœnitentia; 3. diffidentia. *Ex quadragel. de Euangel. æterno, tom. 2. a pag. 526. col. 2. ad pag. 534. col. 1.*

Eiusdem, in hodiernum Euang. sermo, victoriam parât in pugnâ. I. Temporalis, 1. aptus locus; 2. congruum tempus; 3. plurimus populus; 4. forte corpus; 5. sagax animus & prudens; 6. armorum habitus. II. Spirituali, 1. locus aptus, qui est anima; 2. tempus est; homo debet esse in gratiâ Dei; 3. multi populi, id est, multitudo Angelorum; 4. fortitudo, sc. spes; 5. sagacitas, id est, fides; 6. arma, sc. sacramenta, quibus inimici non valent resistere. Hæ sex conditiones in hoc concluduntur Euangel. *Ex quadragel. ante hac non impresso, tom. 3. a pag. 103. col. 1. ad pag. 104. col. 2.*